

**S**ed mos nunq̄ illi fuit patri meo  
**V**t exprobraret quod bonis faceret boni.  
**S**ratum arbitratu esse id a uobis sibi:  
**M**erito que uobis bona se facere que facit.  
**N**unc quare oratu huc ueni: pmu proloquar.  
**P**ost argumentu huius eloquar tragœdie.  
**Q**uid contraxistis frontem: quia tragœdia  
**D**ixi futura hanc: deus sum: comutauero  
**E**andē hanc si uoltis: faciam ex tragœdia  
**C**omedia ut sit omnib; isdem uersibus.  
**V**tru sit an non uoltis: sed ego stultior:  
**Q**uasi nescia uos uelle qui diuus siem  
**T**eneo quid animi uostri super hac resiet.  
**F**acia ut comista sit tragico comedia  
**N**am me perpetuo facer ut sit comedia  
**R**eges quo ueniant et dii nō par arbitror  
**Q**uid igitur: quonia hic seruos q̄ p̄ter h̄t facia  
**S**it proinde ut dixi tragico comedia  
**N**ūc hoc me orare a uobis iussit iuppiter  
**V**t conquisitores singuli in subsellia  
**E**ant per totam caueam: spectatorib;:  
**S**i cui fautores delegatos uiderint.  
**V**t his in cauea pignus capiantur toge  
**S**ue qui ambissent palmam histriomib;